

Vita Sancti Teliaui (Liber Landavensis)

edited by Ben Guy

Edited Text

Translation

Manuscript

Concordance

References

Introduction

Nothing is known of the real St Eliud, but the widespread occurrence of the hypocoristic form of his name, ‘Teilo’, in place-names across south Wales (especially of the ‘Llandeilo’ type) implies that he was once the subject of a major cult. Excellent evidence for Teilo’s cult in the eighth and ninth centuries may be found in the Old Welsh charters preserved in the Lichfield Gospels. Though this early Insular gospel book has been resident in Lichfield in the west midlands of England since the tenth century (Charles-Edwards and McKee 2008), in the ninth century it seems to have been in the possession of the church of Llandeilo Fawr, now in Carmarthenshire. During that time, several memoranda were entered into the margins of the gospel book, three of which (1, 3, 4) record donations to God and St Teilo (that is, to Llandeilo Fawr) (Jenkins and Owen 1983–4). Another of the memoranda (2), the so called ‘surrexit memorandum’, was witnessed by ‘Teilo’, not as a living person, but as the saint whose continued ‘presence’ in the church where the agreement was confirmed was ensured by the religious community venerating him there.

By the twelfth century the status of Llandeilo Fawr seems to have declined dramatically, and the cult of Teilo had been re-appropriated by the diocesan centre of south-east Wales, which was located at Llandaff no later than 1119. It has been argued that Llandaff may have become the seat of the diocese during the episcopacy of Bishop Joseph between 1022 and 1045, and it may also have been during Bishop Joseph’s time that rights and properties pertaining to St Teilo’s cult were first granted to Llandaff (Davies 1978: 21–2, 155, 160; Davies 2002: 368–9; 2003: 16–18). The importance of the cult of St Teilo for Llandaff’s identity in the twelfth century is apparent

VITAE SANCTORUM CAMBRIAE

in the *Liber Landavensis*, in which the Life of St Teilo and other Teilo documents are given a prominent place.

The text edited here as the Life of St Teilo consists of the Life proper (§§1–18), a list of kings contemporary with St Teilo (§19), a document recording the privileges of St Teilo's church (i.e. Llandaff), written in both Latin and Welsh (§§20–1), and seven charters allegedly recording grants of land to Teilo and Llandaff (§§22–4, §§26–9), accompanied by a list of twenty-four further Teilo properties granted to Llandaff (§25). This collection of texts is unique to the *Liber Landavensis*, and it was undoubtedly assembled at Llandaff during the compilation of the contents of the manuscript in the 1120s and early 1130s.

The Life of the saint, with which the *Liber Landavensis* collection of Teilo texts begins, is the only part of the collection that may be found in some form outside the manuscript. The Life of St Teilo is one of three *Liber Landavensis* Lives that were also incorporated into the large collection of saints' Lives in *Vespasian A. xiv*. The other two are the Lives of SS. Dyfrig and Clydog, which appear, along with their attendant charters, in *Vespasian A. xiv* in almost exactly the same form as in the *Liber Landavensis*. However, the relationship between the two versions of the Life of St Teilo is not so straightforward. The *Vespasian* version is shorter than the *Liber Landavensis* version, and unlike the latter it is not accompanied by privileges and charters that claim rights for Llandaff. The greater length of the *Liber Landavensis* version is accounted for not by the same episodes having been told more verbosely, but rather by the appearance of isolated phrases and even whole sections that are absent from *Vespasian A. xiv*. It would thus appear that either the *Vespasian* version is an abbreviation of the *Liber Landavensis* version, or the *Liber Landavensis* version is an expansion of the *Vespasian* version. All indications point to the latter possibility (LWS 164–6; Hughes 1980: 61–2; Davies 2003: 118). On the whole, the additional passages and episodes in the *Liber Landavensis* version exhibit features of compositional methods and strategies for Llandaff's self-aggrandisement which are typical of the *Liber Landavensis* overall (considered below) but which are almost entirely absent from the text shared by the two versions, which encompasses almost all the text of the *Vespasian* version (see the introduction to VS Teliaui (*Vesp*)). Had the text originally been written with the political purposes of the *Liber Landavensis* in mind, and only later abbreviated into the more neutral, homiletic form found in *Vespasian A. xiv*, one would have expected the political content to be more thoroughly integrated into the *Liber Landavensis* version, meaning that the text would have needed rewording more comprehensively by the *Vespasian* abbreviator in order to remove it. That no such major

rewording took place strongly implies that the Vespasian version most closely resembles the common exemplar of the two, and that the Liber Landavensis version is an augmented and interpolated copy of the common exemplar, prepared especially for incorporation into the Liber Landavensis.

The additional passages interpolated into the Liber Landavensis version of the Life of St Teilo range from single sentences to entire episodes. The majority of the insertions were intended to emphasise the superiority of Llandaff over neighbouring ecclesiastical institutions. Thus, in the account of Teilo, David and Padarn being raised to the status of bishop in Jerusalem, the Liber Landavensis adds the claim that Teilo was the successor of Apostle Peter and David the successor of the Apostle James, highlighting Teilo's superiority over David (§8). Again, additional sentences were added to the account of the dispute between the clerics of Penally, Llandeilo Fawr and Llandaff concerning who had the right to claim Teilo's body, in order to proclaim the superiority of Llandaff over the other two churches and announce that, despite the multiplication of Teilo's body into three, only Llandaff possessed Teilo's true body (§18). Other material was added to overcome the reluctance of the Vespasian version to name any specific churches associated with St Teilo. In the rubric, Teilo is called 'archbishop of the church of Llandaff' rather than simply 'bishop', as in the rubric of the Vespasian version. Upon the return of Teilo, David and Padarn from Jerusalem, the Vespasian version does not claim that Teilo took up any particular office, whereas the Liber Landavensis says that 'St Teilo received the pastoral care of the church of Llandaff, to which he was consecrated, together with the whole diocese adjoining it which had been his predecessor Dyfrig's' (§9).

The most substantial addition to the Liber Landavensis version is the story of Teilo's sojourn in Brittany while the Yellow Pestilence was raging in Britain (§§10–14). This account was ultimately inspired by the Breton Life of St Turiau of Dol, with whom the compilers of the Liber Landavensis evidently wished to equate St Teilo (LWS 182–6; Davies 2003: 117–19). The account includes the surprising promotion of Teilo to the bishopric of Dol, despite the facts that Samson, bishop of Dol, was still alive and Teilo was still archbishop of Llandaff. Similarly, the story about Teilo vanquishing a dragon (§12) while he was in Brittany was probably inspired by the First Life of St Samson, a version of which was incorporated into the Liber Landavensis (cf. VS Samsonis (LL), §52). Reliance on Breton saints' Lives is a typical feature of the hagiographical work of the compilers of the Liber Landavensis, and so it is notable that Breton sources are

VITAE SANCTORUM CAMBRIAE

apparent only in the portions of the Life of St Teilo that are unique to the Liber Landavensis, and not in the portions of text shared with the Vespasian Life.

The other major additions to the Liber Landavensis Life occur following Teilo's return from Brittany. A list of Teilo's alleged 'disciples' is given, culled mostly from various parts of the Liber Landavensis (§16). The claim is made that one of these disciples, Ishmael, was consecrated by Teilo as bishop of St Davids following David's death, in a bid to show that Llandaff once exercised archiepiscopal authority over St Davids. Following this is a selection of miscellaneous short miracle stories (§17) concerning Teilo churches that are claimed as possessions of Llandaff in the list of Teilo properties appended to the Life (§25).

It is likely that the majority of documents appended to the Liber Landavensis version of the Life of St Teilo were composed especially for incorporation into the Liber Landavensis. An exception may be some part of the privileges allegedly granted to St Teilo and Llandaff. Two statements of privileges have been appended to the Life: the first in Latin, known as *Priuilegium sancti Teliaui* (§20), and the second in Welsh, known as *Braint Teilo* (§21). That they were not part of the original conception of the collection of Teilo documents in the Liber Landavensis is shown by the fact that they are written on a discrete leaf that was inserted into the manuscript after the surrounding leaves had received their texts (MWM 132), causing the charters (§§22–9) to become separated from the list of kings (§19) that should preface them (Davies 2003: 68). However, the two Teilo privileges are clearly related to other formulaic statements of Llandaff's privileges in the Liber Landavensis, especially those associated with the Lives of SS. Dyfrig and Euddogwy (VS Dubricii (LL/Vesp), §1; VS Oudocei (LL), §4). Wendy Davies (1974–6) argued that the Welsh *Braint Teilo* was the original privilege, and that the three Latin privileges (*Priuilegium sancti Teliaui* and the privileges of SS. Dyfrig and Euddogwy) ultimately derive from that, but it has more recently been argued by Paul Russell (2016) that *Braint Teilo* was translated from a Latin privilege similar to, but not necessarily identical with, the three extant Latin privileges. This latter scenario would be comparable with the use made of the Life of St Teilo by the Liber Landavensis Life of St Euddogwy, because in certain respects the extracts from the Life of St Teilo incorporated into the Life of St Euddogwy resemble the earlier Life of St Teilo preserved in Vespasian A. xiv more closely than the Life of St Teilo incorporated into the Liber Landavensis itself. Another suggestion offered by Wendy Davies was that *Braint Teilo* may be divided into two parts, the first having been written as the Liber Landavensis was being compiled in the 1120s and early 1130s, but the second having been composed somewhat earlier, perhaps in the late

tenth or eleventh centuries. John Reuben Davies (2003: 17–18, 70) suggested that the ascendancy of Rhydderch ab Iestyn (1023–33) would be a plausible early context for the composition of *Braint Teilo*, though he also voiced doubts about whether the two ‘parts’ of the text really originated separately. If the second part of *Braint Teilo* does preserve an earlier composition, it would seem that the probable Latin original from which it was translated has not been preserved in full, because this section was truncated in the Latin *Privilegium sancti Teliaui* (partly because the latter was designed to look like a papal privilege) and does not appear at all in the Dyfrig or Euddogwy privileges.

Most of the charters appended to the Life of St Teilo were concocted by Llandaff in order to claim properties formerly associated with the cult of St Teilo. The exceptions are the first two charters (§§22–3), which have credible witness lists, but the original versions of these charters probably recorded grants of property to a church of St Dyfrig in Ergyng rather than to St Teilo and Llandaff (Guy 2018: 22–3, 33–4). The other charters appended to the Life of St Teilo include elaborate narrations and lack credible witness lists; they are likely to have been composed by the compilers of the *Liber Landavensis*. Their primary purpose was to claim for Llandaff properties that had come to lie in the diocese of St Davids. This is why four of them (§§26–9) claim to have involved kings of Dyfed. Despite their probable inauthenticity, these charters do include some interesting narratives involving St Teilo, including King Iddon’s defeat of a Saxon army (§24), the drunken revelry of King Aergol’s court (§27), the martyrdom of St Tyfai of Penally, alleged brother of St Euddogwy (§28; cf. VS Oudocei (LL), §1), and the origin of the watermen of Llanddowror (§29). All of these stories end with grants of property to St Teilo and Llandaff (see the map in Hughes 1981: 16).

Finally, it is notable that, sandwiched among these charters, is a list of twenty-four properties that were allegedly granted to St Teilo in the time of the kings listed in §19 (§25). All of these properties are located west of the Towy, and the majority of them contain Teilo’s name (Davies 2002: 366; 2003: 88). Coe (2002: 71) suggested that this list was originally a list of Penally’s properties, whereas Doble (LWS 194) suggested that the list was written in Llandeilo Fawr. Most of the properties are repeated in the similar but longer list of properties apparently confirmed to Bishop Joseph of Llandaff by Rhydderch ab Iestyn in c. 1025, found later in the *Liber Landavensis* (LL 254–5). The confirmation of privileges and properties that contains this longer list may derive from a genuine document (Davies 1979: 126; Davies 2003: 17), and it is conceivable that

VITAE SANCTORUM CAMBRIAE

the latter could have recorded the act by which the cult of St Teilo was first introduced to Llandaff.

Vita Sancti Teliaui (Liber Landavensis)

edited by Ben Guy

[Introduction](#)

[Translation](#)

[Manuscript](#)

[Concordance](#)

[References](#)

Edited Text

Summary

Although nothing is known of St Teilo (alias Eliud) himself, there is good evidence for his cult in the early medieval period in the ninth-century memoranda entered into the Lichfield Gospels, probably in Llandeilo Fawr (Jenkins and Owen 1983–4). Llandeilo Fawr was probably the original centre of his cult, but by the eleventh century the cult had been appropriated by the emerging diocesan centre at Llandaff (Davies 1978: 21–2, 153–5; Davies 2002: 368–9; 2003: 11–12, 16–18). The present Life, along with the accompanying privileges and charters, was written to support the claims of Llandaff, especially with regard to property associated with Teilo’s cult (Davies 2003: 86–9). This group of texts is found only in the Liber Landavensis (L), which has provided the base text for the present edition. The Life itself is an augmented version of an earlier Life of St Teilo, preserved in Vespasian A. xiv (V), variants from which are provided in the apparatus.

De¹ vita Sancti Teiliavi, Landauensis ecclesie archiepiscopi.²

§1

Sanctus iste, fratres karissimi, ab infantia Dei cultor extitit. Nec mirum, cum ante infantiam eum futurum sibi seruum Deus predestinasset! Predestinauit quem elegit, elegit quem dilexit, dilectumque uerę confessionis palma coronauit. Militauit itaque uir Dei Deo, orationibus

¹ De L; Incipit V.

² Landauensis ecclesie archiepiscopi L; episcopi V. V adds *a magistro Galfrido, fratre Urbani Landavensis ecclesie episcopi, dictata.*

VITAE SANCTORUM CAMBRIAE

insistendo omniaque³ quę possidebat indigentibus erogando. Quid amplius? Sex opera misericordię diligenter exequutus, nunquam Dei famulus ab ecclesiasticis uacabat institutis. Omnia sua faciebat non⁴ sua, et quę non erant sua faciebat sua. Nichil enim reliqui sibi de suo relinquens, bene caduca pro ęternis cambiebat. O quantus et qualis mercator, qui sua Deo dabat ut ab eo centuplum acciperet! O commercium pretiosum! O usura laudabilis! O fenus sine crimine! O lucrum sine reprehensione! Lucremur igitur sic nosmetipsos, fratres, ut lucrum non perdant⁵ feneratores. O quantę sapientię et scientię uirum! Qui sua aliis distribuebat ut ditesceret seipsum macerabat ut alios impinguesceret; aliorum miserebatur ut misericordiam consequeretur. Talia equidem constat sancti uiri fuisse rudimenta, in quibus perseuerabat sine intermissione usque in consummationem uitę. Egregius igitur confessor fuit, qui preter uirtutes quid confiteretur non habuit, quippe bonus in infantia,⁶ in iuuentute melior, in senectute optimus.

§2

Sed ne tanti uiri genus taceatur, quasi nescitum. Ex nobilibus illum parentibus scimus⁷ fuisse ortum, ut carnis nobilitas honestaret eum inter homines qui iam animi nobilitate apud Deum erat acceptabilis. Post incrementum autem ętatis, uirtutum et sapientię, congruo nomine Elios⁸ a sapientibus nuncupatus est. Elios autem Grece Latine ‘sol’ interpretatur: fulgebat enim ut sol eius doctrina, fidelium illustrando doctrinam.⁹ Sed illiteratis hominibus extremum uocabuli corrupte proferentibus, adoleuit quod non Elios¹⁰ sed Eliud¹¹ appellatus est.

§3

A sancto autem Dubricio archipresule, cuius proximus successor extitit, legimus illum in pueritia in sanctis scripturis fuisse eruditum, donec eum tandem uidit tantę indolis puerum ut non solum

³ **omniaque** L; et omnia V.

⁴ **faciebat non** L; non faciebat V.

⁵ **perdant** perdat LV (corrected by a later hand in L).

⁶ **bonus in infantia** L; in infantia bonus V.

⁷ **scimus** L; credimus V.

⁸ **Elios** L; Helios V.

⁹ **doctrinam** L; corda V.

¹⁰ **Elios** L; Helios V.

¹¹ **Eliud** L; Heliud V.

illum crederet seipso in scientia non esse inferiorem, sed, Spiritu Sancto cooperante, scripturarum nodos melius per se quam aliquo sibi magistrante expediebat. Quo uiso, sanctus Dubricius, qui hucusque fuerat suus preceptor quique iam intelligebat se non posse sibi magistrari, uoluit ut sibi succederet in magisterio, cum eum excederet doctrina et ingenio. Sed tanta gratia eum¹² comittabatur tantusque eum studii sacrę lectionis feruor incendebat ut ille, qui iam aliis magistrari poterat, et adhuc magistrum¹³ querebat, tum quia sub alterius mallebat esse disciplina quam dissolute uiuere, tum etiam quia misterium et subtilitates scripturarum uolebat intelligere, sed non more stultorum philosophorum, ut alios confunderet, immo ut hereticorum errores confundere posset. Confundit¹⁴ itaque multorum hereses multorumque correxit errores, plusque simpliciter et catholice tamen¹⁵ argumentando profuit fidelibus quam suis subtilibus argumentis fecisset unquam aliquis philosophus. Illi enim, uiam querentes, semper deuiabant; ille uero uiam ueritatis nunquam preteribat, sed, per eam gradiens quasi lucerna preeunte (nullo¹⁶ eum impediante), ad eum qui est uerum lumen tendebat, quippe per eum gradiebatur qui est uia et ab eo docebatur qui est sapientia. Deinde,¹⁷ audita sibi Poulini¹⁸ cuiusdam sapientis uiri fama, eum adiuit et apud eundem aliquandiu moratus. Si qua eum scripturarum secreta prius laterent, conferendo ad inuicem omnia sane exposita intelligebant. Ibique sanctum Daud, perfectissimę uite hominem, sibi associauit. Quos tanta coniunxit dilectio et Spiritus Sancti gratia quod, in agendis¹⁹ rebus, idem uelle et idem nolle esset ambobus. Ecce, fratres karissimi, qualiter Deus sanctos suos adunat in terris, quos futuros eligit ciues in celis! Elegit duos ut per duos eligeret plures; o beata duorum uita, per quam multorum anime habuerunt refrigeria!

§4

In illorum²⁰ autem sanctorum diebus, quidam populi de Scithia qui, siue a pictis uestibus siue propter oculorum stigmata, Picti dicebantur, innumera classe ad Britanniam deuenerunt. Et capti

¹² **gratia eum** L; eum gratia V.

¹³ **adhuc magistrum** L; etiam magistrum adhuc V.

¹⁴ **Confundit** L; Confudit V.

¹⁵ **tamen** V; tam L. Evans (LL 349) suggested that *tamen* was the original reading.

¹⁶ **nullo** V; – L (supplied by a later hand).

¹⁷ **Deinde** L; Beatus Theliaws V.

¹⁸ **Poulini** L; Paulini V.

¹⁹ **in agendis** L; in agendis et non agendis V.

²⁰ **illorum** L; istorum V.

VITAE SANCTORUM CAMBRIAE

amore terrę potiundę propter bonarum rerum copiam qua super omnes insulas tunc temporis pollebat, magis fraude quam uiribus, Britannos inuaserunt, et in eos miram tyrannidem ad tempus exercuerunt. Nec mirum istam superari ab illa, nam Picta gens erat subdola et multis conflictionibus terra et mari exercitata, ista autem, quamuis uiribus corporis esset predita, tamen simplex et pacifica; et quia nondum esset a quoquam temptata, quasi bellandi nescia, leuius subiugari potuit. Si quis autem inde plenius scire desiderat, in historia Gildę Britannorum historiografi repperiet. Cunque quidam illius nefarię gentis princeps, trucidando miseros incolas et comburendo edes et templa sanctorum a naualibus ubi²¹ appulerant, usque Minuensem ciuitatem processisset, ibi constitit ibique suum palatium construxit. Qui, uidens sancti Teliaui, Daud²² aliorumque seruorum Dei qui cum illis ibidem²³ degebant uitę probitatem,²⁴ (sicut prauorum semper consuetudo est bonis inuidere) non solum illis inuidebat sed etiam, quia illos tam attentos in Dei seruitio uideret, multa eis opprobria sepe dicebat, ut sic eos a Christo separaret. Sed quia minis et uerbis turpibus quod uolebat efficere non potuit, multis machinationibus eos temptare conatus, uidit se nullo modo commodius quam per muliebres blanditias illud efficere posse. Precepit itaque mulieri suę ut ad sanctos suas pedisequas dirigeret et sanctorum uisibus se offerrent, ut fatuis motibus sui corporis et meretriciis blandimentis sanctorum mentes a sancto proposito conarentur peruertere. Quę dum, dominę suę exequendo mandata, se quasi insanas esse simularent, insanę factę sunt, quippe quia²⁵ sicut dicitur, 'Qui in sordibus est, dignum est ut magis sordescat.' Quo uiso, predictus persecutor et tota domus sua²⁶ per gratiam seruorum Dei catholicam fidem susceperunt, et ab eisdem in Christi nomine baptizati sunt. Beatus itaque fuit qui scienter persequabatur iustos ut nescienter iustus efficeretur. Sanctos temptabat ut sanctus fieret; litigabat cum hominibus ut cum Deo reconciliaretur; despiciebat humiles ut humilitatem diligeret.

²¹ **ubi** V; – L. Emendation suggested by Loth 1893–5: i, 280.

²² **Teliaui, Daud** L; Daud et Eliud V.

²³ **ibidem** L; – V.

²⁴ **probitatem** L; probabilitatem V.

²⁵ **quia** L; – V.

²⁶ **tota domus sua** L; domus sua tota V.

§5

Postquam uero²⁷ Deus illas impudicas²⁸ mulieres tali immedicabili opprobrio deturpauit, eosdem sanctos per aliud opus, mirabile et dignum memoratu,²⁹ decorauit. Nam cum beatus Teliaus³⁰ et Maidocus in atrio monasterii non figmenta poetarum nec ueterum historias immo Ieremię prophetę lamentationes, ut amore celestis patrię magis accenderentur, discuterent³¹, superuenit quidam famulus dicens ligna deesse quibus cęna fratrum preparari posset. Illi autem, hoc egre ferentes, non quia in obsequio fratrum pigritarent, sed quia ad preparandam confratrum cenam tempestiue de silua non possent reuerti, nimia³² festinatione perrexerunt ad nemora. Quibus grauiter sollicitantibus, qualiter cito³³ redirent, et qualiter tantum lignorum possent deferre quod in multos dies sufficere posset ad opus preparandorum,³⁴ quatinus postea sacrę lectioni et orationibus diutius possent insistere, duo biiuges cerui³⁵ mansuetissimi occurrerunt,³⁶ et, colla prebentes ad subiugandum, Dei nutu seruitium prebuerunt, quasi dicerent, ‘Deus, uidens quare solliciti sitis, exuit nobis³⁷ ferocitatem nostram et fecit nos mansueta pecora, ut laborem quem uos initis subeamus.’ Quibus subiugatis, laudabant Dominum, dicentes, ‘Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, qui misericorditer seruos suos pro fratribus respexit laborantes, faciendo mansueta pecora de feris siluarum, quę nostri laboris sarcinam sustinerent.’ Cunque sancti honerato plaustro domum redirent, non secundum hominum consuetudinem honeratos ceruos stimulabant ut citius incederent, immo illos a longe precedebant. Cerui uero, nullo cogente, sequebantur. Et ne amplius eorum oratio interromperetur pro huiusmodi negotio, ędem fere multo tempore post, Deo instimulante, ligna eis amministrabant et ea quę sanctorum usui necessaria³⁸ forent. Quis dubitat igitur tales fuisse sanctos, pro quibus Deus ministrare cogebat

²⁷ **uero** L; – V.

²⁸ **illas impudicas** L; predictas V.

²⁹ **memoratu** L; memoria V.

³⁰ **Teliaus** L; Eliud V.

³¹ **discuterent** V; – L. Emendation suggested by Loth 1893–5: i, 281. A later reader of the Liber Landauensis suggested emending with *legerent*.

³² **nimia** L; *cvm nimia* V (*cvm* added later by the main scribe).

³³ **qualiter cito** L; qualiter V.

³⁴ **preparandorum** L; preparandorum ciborum V (*ciborum* added later by the main scribe).

³⁵ **duo biiuges cerui** L; eis duo biiuges cerui V.

³⁶ **occurrerunt** L; occurrebant V.

³⁷ **nobis** L; nos V (altered from *nobis* by the main scribe)

³⁸ **sanctorum usui necessaria** L; necessaria usui sanctorum V.

VITAE SANCTORUM CAMBRIAE

ceruos? Alii quidem feras occidere possunt, sed ita mansuescere³⁹ non possunt. Appropinquantibus autem illis ad locum suum, omnes illius loci incolę occurrerunt eis, dicentes, ‘O domini fratres, quam manifeste hodie illustrati estis diuina gratia, quibus irrationabiles ferę famulantur! Nos uero infelices, qui sanctis non obediimus donec per bruta animalia monemur obędire!’ Interea sanctus Daud, exiens de tabernaculo suo, ante hostium tabernaculi librum nescienter derelictum a fratribus inuenit, apertum et, quamuis uehementissime plueret, a pluuiā prorsus immunem. Quod admirans, ait, ‘Mirabilis Deus in sanctis suis et sanctus in omnibus operibus suis!’ Continuo, quia bonum non suffocari sed semper dilatari debet, aduocauit seniores populi ut, uidentes magnalia Dei, uouerent⁴⁰ Domino preces et uota, et ut⁴¹ propalaret sanctitatem fratrum suorum hominibus, quia Deus liberauerat⁴² librum eorum ab imbribus.⁴³

§6

Hi ut magis magisque per uirtutem Christi florerent miraculis, sicut Deus Israhelitico populo sitienti aquam de petra manare fecit, sic sanctis sitientibus novos fontes iussit oriri. Et ut a ueteribus illius loci incolis accepimus, de illis fontibus potantes non aquam sed uinum, pro tam dulci sapore, potauisse asserebant.

§7

His mirificis operibus, quę diuina uirtus operabatur pro illis infra curriculum temporis,⁴⁴ ut boni meriti celebrabantur ubique, Deus autem, uidens⁴⁵ eos⁴⁶ tot decoratos esse uirtutibus, iudicauit⁴⁷ eos promouendos esse ex⁴⁸ ecclesiasticis dignitatibus. Misit enim angelum suum ad sanctos, qui nuntiaret eundem eis esse ad sanctam ciuitatem Ierusalem ut ibi suę militię donatiua reciperent.

³⁹ **mansuescere** V; mansuere L (corrected by a later hand).

⁴⁰ **uouerent** uouerunt L; et uouerent V.

⁴¹ **et ut** L; ac V (altered from *et ut* by the main scribe).

⁴² **liberauerat** L; seruauerat V.

⁴³ **ab imbribus** L; illesum ab ymbribus V (*illesum* added by the correcting scribe).

⁴⁴ **curriculum temporis** L; paruum curriculum temporis V (*paruum* added by the main scribe).

⁴⁵ **Deus autem, uidens** L; uidens Deus V.

⁴⁶ **eos** L; sanctos suos V.

⁴⁷ **iudicauit** L; indicauit V.

⁴⁸ **ex** L; – V.

Sancti uero, Teliaus⁴⁹ uidelicet et Dauid, Deo suo per omnia obedientes, non sunt ausi resistere diuino nutui, sed, Paternum, uirum Deo carum, sibi assotiantes, tres, in Trinitatis nomine, iniunctum sibi iter inceperunt. Sed non, ut multi peregrinorum, faciunt multa adunata pecunia; immo, sine baculo et pera, sperantes potius in illum qui dat iumentis escam ipsorum et pullis coruorum inuocantibus eum. Nec frustra sperantes, Deus enim per fideles suos cuncta eis necessaria ministrabat in tempore. Illustrati siquidem erant luce cęlestis gratię ita ut eorum aduentus cunctis esset acceptabilis, presentia sanitatem preberet infirmis. Reliquerunt itaque per diuersas prouincias suę sanctitatis uestigia cunctorum sibi obuiantium alleuiando dolores, si in Christi nomine infirmitatis suę rogarent medelam et in eiusdem uirtute sperarent recuperare posse sanitatem. Cunque persecutores in uia obsisterent, non tantum spolia illis pacifice concedebant, sed siquid prede⁵⁰ ipsi immemores relinquerent, predatoribus hilari uultu porrigebant. Illi autem, uidentes sanctorum bonam simplicitatem, ueniam supplicando commissorum non tantum reddebant eis sua, sed eos conducebant usque dum peruenirent ad tuta. Sic de ignotis fiebant noti, et persecutoribus summi efficiebantur amici.

§8

Consummato tandem tanti itineris cursu, Ierosolimam peruenerunt. Quibus ciuitatem introeuntibus, occurrit eis⁵¹ omnis populus, psallendo in canticis et ymnis super aduentu eorum; et ita cum celebri pompa conducti sunt in templum Domini. Qui quamuis tanto itinere defatigati fuissent, non mollia strata quesierunt ubi quiescerent, sed in nudo templi pauimento prostrati triduo preces suas continuauerunt, adeo cęlestia contemplantes quod terrenorum penitus essent immemores. Interea, totus clerus attente expectabat qui⁵² sanctorum quam sedem oratione finita sibi eligerent, ut in electione sedium notarent, sicut celitus per angelum premoniti fuerant, quem illorum ceteris prelatum constituerent⁵³. Erant enim⁵⁴ in templo ab antiquis temporibus tres cathedrę senioribus constitutę, duę diuersis metallis et miro artificio fabricatę, tertia cedrina, nichil ornati habens extrinsecus preter hoc quod natura dederat. Quam humilem humilis Eliud

⁴⁹ **Teliaus** L; Eliud V.

⁵⁰ **prede** V; pridę L (corrected by a later hand).

⁵¹ **eis** L; – V.

⁵² **qui** L; quis V.

⁵³ **constituerent** V; constituerunt L (corrected by a later hand).

⁵⁴ **enim** L; – V.

VITAE SANCTORUM CAMBRIAE

elegit sibi in sedem, pretiosiores concedens fratribus propter reuerentiam. Quo uiso, omnes illi qui aderant ceciderunt in facies suas ante sanctum Eliud, dicentes, 'Salue, sancte Dei Teliaue! Et concede ut ualeant nobis tue preces apud Dominum, quia hodie plus ceteris sublimatus es confratribus tuis, residens in sede Domini nostri Iesu Christi, in qua patribus nostris predicabat regnum Dei.' Sanctus uero, hoc audiens cum magno stupore, surrexit et prostrauit se in terram, dicens, 'Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum, et in uia peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentie non sedit; et benedictus saluator qui sibi sedem fieri elegit de ligno, qui per lignum succurrere uoluit pereunti mundo.' Sic humilis humiliter adorabat cathedram, immo cathedre sessorem, eo quod Creatura considerat in Creatoris sedem. Vnde contigit quod eum rogauerunt quatinus ad instructionem uirtutum parabolam eis diceret de Christo, ut, sicut illum imitatus fuerat in cathedra residendo, eum imitaretur in predicando. Qui uidens amorem diuini uerbi flagrare in cordibus eorum miro modo, sollicitabatur, non quod nesciret quid doceret, sed dubitabat quod rogauerant qualiter eis expediret cum lingue eorum penitus expers fuisset. Incepit tamen sanctus sacras scripturas exponere ut satisfaceret supplicanti populo ita ut unusquisque circumstantium audirent illum sua lingua loquentem. Omnes autem qui eum audiebant predicantem tanta dulcedine sermonis illius sunt affecti quod in quantum eum diutius audirent, magis magisque illum audire desiderarent. Sed tandem, postquam refecti sunt uniuersi saporifera illius doctrina, ne predicandi officium uideretur presumere si solus predicasset, ait populo, 'Audite iam a fratribus meis uerba uite, qui me perfectiores sunt in uita et diligentiores in doctrina.' Surrexerunt itaque sanctus Daud et humillimus Dei seruus Paternus et predicauerunt populo in Domino confidentes, qui dicit, 'Cum ueneritis ante reges et presides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini.' Sic sancti, alterna sua predicatione, quasi diuersis ferculis audientium mentes reficiebant, ut, siqui eorum prius in fide uacillarent, Sancte Trinitatis fidem per gratiam predicationis sanctorum perfectissime tenerent. Post hec, sicut nuntiatum fuerat per angelum, ab uniuersa plebe electi, sullimati sunt pontificali dignitate, Teliaus uice Petri, Daud uice Jacobi,⁵⁵ et quasi in testimonium gratie⁵⁶ quam ibi Domino largiente susceperant, data sunt eis tria munera pretiosa prout unicuique competeat. Paterno, baculus et choralis cappa pretiosissimo serico contexta, eo quod illum egregium cantorem uidebant. Sancto autem Daud, altare mirificum; nulli bene notum de qua materia fuerit compositum, nec ab re tale quid ei datum est, nam iocundius ceteris celebrabat. Nouissime autem

⁵⁵ Teliaus uice Petri, Daud uice Jacobi L; – V.

⁵⁶ in testimonium gratie L; gratie in testimonium V.

beato pontifici Teliauo non extremum tamen donorum accessit: cimbalum, magis famosum quam sit magnum, magis pretiosum quam pulchrum, quia dulci⁵⁷ sono uidetur excellere omne organum; periuros dampnat, infirmos curat, et quod magis uidetur mirabile, singulis horis, nullo mouente, sonabat, donec, peccato hominum prepediente, quin illud pollutis manibus temere tractabant, a tam dulci obsequio cessauit. Nec incongrue tali munere donatus est, quia sicut cimbalum de torpore sompnii⁵⁸ et inertię homines inuitat ad ecclesiam, sic clarus pontifex Teliaus,⁵⁹ Christi preco factus, incessanter predicando inuitabat⁶⁰ ad cęlum. His gloriosis⁶¹ donati muneribus, utrinque benedictione accepta, cum summa prosperitate reuersi sunt in regionem suam.

§9

Sanctusque Teliaus ecclesię Landauię, cui consecratus est, curam pastorem accepit, cum tota parrochia sibi adiacente quę fuerat Dubricii antecessoris sui,⁶² in qua non diu commorari potuit⁶³ propter pestilentiam quę fere totam gentem deleuerat. Pestis autem illa 'flaua' uocabatur, eo quod flauos et exangues efficiebat uniuersos quos persequabatur. Quę in columpna aquosę⁶⁴ nubis apparebat hominibus, unum caput uerrens per terram, aliud rursum⁶⁵ trahens per aerem, et discurrens per totam regionem ad modum imbris discurrentis per ima conuallium. Quecunque autem animantia suo pestifero afflatu attingeret aut ilico moriebantur aut egrotabant in mortem. Siquis uero medelam conaretur adhibere egrotanti, non tantum medicamina non habebant suum effectum, sed etiam medicantem cum egroto atra lues trahebat ad interitum. Traxit enim Mailconvm, regem Guenedotię, deleuit et patriam suam, et in tantum incanduit prædicta clades

⁵⁷ **dulci** L; dulcis V (altered from *dulci* by the main scribe).

⁵⁸ **sompnii** L; sompni V.

⁵⁹ **Teliaus** L; Elivd V.

⁶⁰ **inuitabat** L; subiectos inuitabat V.

⁶¹ **His gloriosis** L; Sancti Dei supradictis V.

⁶² **Sanctusque Teliaus ecclesię Landauię, cui consecratus est, curam pastorem accepit, cum tota parrochia sibi adiacente quę fuerat Dubricii antecessoris sui** L; – V.

⁶³ **potuit** L; potuerunt V.

⁶⁴ **aquosę** L; – V. A later hand added *aquosę* to the margin of V.

⁶⁵ **rursum** L; sursum V.

VITAE SANCTORUM CAMBRIAE

et per totam illam gentem quod patriam pene reddidit desertam.⁶⁶ Interea, dum ista persecutio⁶⁷ seuiret non tantum in hominibus sed etiam in fēris et in reptilibus, sanctus Teliaus,⁶⁸ in ieiunio et planctu, clamabat ad Dominum, dicens, ‘Parce, Domine, parce populo tuo, qui non uis mortem peccatoris, sed uitam, et ne des hereditatem tuam in perditionem.’ Deinde, ira Dei ad tempus paccata oratione eius aliorumque sanctorum, celitus ammonitus,⁶⁹ cum his qui residui fuerant de gente recessit in longinquas regiones. Quorum quidam perrexerunt in Hiberniam, plures uero, ducente eo, in Franciam,⁷⁰ donec Deus eis innueret reditum in patriam.

§10

Et factum est ita, dicente angelo et iubente sanctum Teliaum: ‘Surge et uade ultra mare, et congrega reliquias gentis tuę ut te sequantur, donec Deus, misericordia plenus, respiciens miseriam gentis et te, famulum Dei, laborantem pro gente precibus et oratione, concesserit, semota persecutione, eis et uobis de exilio reuerti et ab omni huiusmodi⁷¹ periculo in perpetuum liberari.’ Et iterum ait angelus, ‘Perge nichil hesitans; comittetur enim angelus Domini tecum eundo et redeundo, et reducet te cum tuis sequacibus iterum ad tuam regionem cum prosperitate.’ Surrexit igitur sanctus Teliaus, adducens secum quosdam suffraganos episcopos suos et ceterorum ordinum uiros, cum utriusque sexus hominibus, uiris et mulieribus. Et deuenit primitus ad Cornubiensem regionem, et bene susceptus est a Gerennio, rege illius patrię, et tractauit illum et suum populum cum omni honore. Et in illo interuallo hospitalitatis⁷² eius, rex Gerennius allocutus est familiariter sanctum Teliaum episcopum, dicens ei, ‘Pater et domine, rogo et uolo ut meam confessionem accipias, et sis meus confessor in Domino.’ Et pontifex, consentiens, accepit confessionem suam, et promisit illi, dicens cum fiducia non uisurum se mortem nisi prius acciperet corpus Domini quod ipse consecrasset.

⁶⁶ Traxit enim Mailconvm regem Guenedotię, deleuit et patriam suam, et in tantum incanduit prędicta clades et per totam illam gentem quod patriam pene reddidit desertam L; – V.

⁶⁷ persecutio L; pestis V (altered from *persecutio* by the main scribe or the correcting scribe).

⁶⁸ Teliaus L; Eliud V.

⁶⁹ ammonitus admonitus V (altered from amonitus by the main scribe or the correcting scribe); ammonitus est L (est struck though by a later hand).

⁷⁰ Quorum quidam perrexerunt in Hiberniam, plures uero, ducente eo, in Franciam L; – V.

⁷¹ huiusmodi L; eiusmodi V.

⁷² hospitalitatis hospitatis L (corrected by a later hand).

§11

Et inde, his peractis, perrexit sanctus cum suis comitibus ad Armoricas gentes, et bene continuo susceptus est ab eis. Audiente Samsone, Dolensis ecclesię archiepiscopo, aduentum confratris sui in patriam, occurrit ei cum gaudio. Nam de una regione procreati fuerant, et unius lingue uiri, et simul cum beato Dubricio archipresule edocti, et cuius manus impositione sanctus Samson consecratus est in episcopium, ut in uita sua testatur. Rogauitque sanctum Teliaum ut cum illo habitasset, et adqueuit ei, et cum eo commoratus est multo tempore. Et ibi reliquit quedam patrocina sue sanctitatis, id est fontem sanifluum Cai nomine, quem ipse meruit a Domino diriuare. Et inter cetera sanitatum quas infirmi de illo impetrant in Dei nomine et Teliaui, unum inclitum miraculum permanet inibi usque hodie. Nam nautę illius gentis Armorice, propter uentum consuetum ad naues illorum, ut in dirigium nauigare possint ad rectum iter ubi uelint, consuetum habent illum saluificum fontem purgare, et sepius ac sepius per interuentum sancti pontificis Dominus largitur precarium illorum, id est uentum ad uelum nauigii ut cum gaudio gradientur per equorevm iter ubi sibi uelle uideatur. Et aliud patrocinium sui testimonii ibi reliquit. Ipse enim et predictus sanctus Samson plantauerunt magnum nemus arboreti fructiferi, quasi ad tria miliaria, id est a Dol usque ad Cai. Et decorantur ipsa nemora ex eorum nomine usque in hodiernum diem, vocantur enim arboreta Teliaui et Samsonis. Et ex illo tempore et deinceps, episcopatus Dolensis decoratur et celebratur sub testimonio omnium Armoricorum Brittonum, ob conuersationem et reuerentiam sancti Teliaui.

§12

Interea, dum hec agerentur et tractarentur, contigit quod Christus per misericordiam suam precipere ut illa predicta lues, que 'flaua' dicebatur, exiret et euanesceret de Britannia insula tota. Quo audito, fidelis ductor Teliaus, in modicum exhilaratus et Sancto Spiritu summonitus, et ab utrisque missis legatis in Franciam et ultra Alpes in Italiam et quocunque cognitum sibi erat eos aufugisse, recollegit compatriotas diligenter in unum, ut omnes, extincta pestilentia cum data pace per omnia, redirent ad propria. Preparauit igitur naues tres maximas ad populi turbas transituras. Peruenit sanctus uir, flentibus et lugentibus ob tanti patris discessum, ad maritimum portum. Et dum uentum expectaret prosperum ad equorale nauigium, ecce rex terre Budic nomine obuiam illi uenit cum magno exercitu Armoricorum. Et statim ipse rex et totus suus exercitus genua flexerunt ante eum. Et interrogans quidnam hoc esset, respondit ei rex, 'Ad hoc

VITAE SANCTORUM CAMBRIAE

genua fleximus ut pro me et pro mea patria Deum roges propter pestilentiam quam modo sustinemus. Nam ingens uipera apparuit nuper in mea patria, quę tertiam partem regni mei pene deleuit.’ Et continuo sanctus pontifex, hesitans, timuit illo ire, ferebantur enim horribilia de illa bestia. Et subito apparuit ei angelus Domini, et, confortans eum, ait illi, ‘Ne timeas exire cum illis; aderit autem tibi uirtus Christi, quę illam uiperam sub tuis manibus consumet, et propter te ipse Redemptor ac Saluator saluet ac liberet istam totam patriam.’ Et sequens euangelicum consilium, sanctus presul ausus est adire illum draconem uolucrum ac pennatum. Et statim, cęlitus inspiratus, accepit orarium suum et de eo cinxit ac ligauit eius collum, et pręcepit illi per Dominicum preceptum ut illum sequeretur usque ad mare, et sua uenena ac nefaria flammina cessaret emittere. Et denuo pestifera bestia, secundum preceptum pontificis mitis ac lenis effecta, nec pennam leuauit ad terrendum, nec dentem nudauit ad stridendum, nec linguam erexit ad emittendum igneum flatum. Et statim pius sacerdos deduxit illam ad mare, trahens post se monstrum inorme, per orarium suum ligatum. Et continuo illud in medio Tethis ad magnum scropulum, in nomine Domini, irretiuit.

§13

Et hęc uidentes, Armorici consilium inierunt cum Samsone pontifice, et dixerunt ei, ‘Pater sancte, sit tibi curę de nobis. Nam si nos reliquerit iste homo Dei, ueniet iterum iste serpens et deuastabit nos et patriam nostram. Placeat igitur tibi illum nobiscum retinere et hoc rogare⁷³ precarie ut adquiescat nobiscum commanere, ne pereamus ex ista clade.’ Et hoc audiens, pius pater quod tale consilium inierant pontifex Samson et rex Budic cum populo suo ut illum cum eis ad tempus precibus retinerent graue tulit, et in semetipso statuit ad huiusmodi conuentum et consilium illis non adquiescere. Et ecce, angelus Domini in illa nocte apparuit illi, confortans eum et dicens ei, ‘Ne dubites cum illis commanere, per te enim erit refugium et patrię auxilium. Et hoc erit tibi signum quod ad te a Deo missus sum. Cras etenim mane ad te uenient rex et pontifex predictus cum magna frequentia populi sui, et, te rogantes suppliciter et obnixę, tibi offerent episcopalem curam et priuilegium totius gentis Armoricę. Et eis adquiescens secundum meum oraculum, accepturus quod ab eis tibi oblatum fuerit ad tempus; interim conueniet gens tua, undique adhuc dispersa, et dicas illis, “Manebo uobiscum quandiu Deo placuerit, expectans totius gentis meę exiliatę conuentum.’ Et iterum angelus: ‘Ecce, tibi aliud signum per me a Deo erit monstratum.

⁷³ **rogare** *rogate* L. Emendation suggested by Loth 1893–5: i, 441.

Nam die crastina obuam tibi habebis pontificem et regem cum frequentia multi populi ut te deducant honorifice et cum gloria ad episcopalem sedem. Et cum ipsi studuerint offere precipuum caballum de suis equis tibi ad sedendum, non consentias ut illum ab eis omnino suscipias. Habebis enim continuo, ad diuinę licentię testimonium, sonipedem precipuum per me tibi a Deo missum. Et illum ascendens ouanter et licenter, ibis cum eis ad Dolensem episcopatum, tibi ad tempus a Deo preparatum et predestinatum.' Igitur hęc omnia impleta fuerunt die postera sicut angelica promiserant affamina. Nam rex et pontifex cum multitudine populorum obuiauērunt ei ut illum deducerent cum condigno honore ad episcopatum Dolensem, ut sublimarent illum in pontificalem sedem. Et ecce, subito, sicut celeps nuntius predixerat, offerentibus illis precipuum equum de suis et illo interim rennuente ab illis accipere, iuxta eum apparuit pulcherrimus sonipes, a Deo sibi missus. Et super eum ascendens, uenit cum eis usque in Dol et, sicut illi a Deo fuerat iussum, adqueiuit cum eis commanere usque ad prefinitum tempus iterum a Deo Patre. Et in illo articulo temporis, uocauit ad se regem Budicum et, multa benedictione benedicens eum, prebuit ei predictum caballum. Et coram omni populo, sanctus Teliaus episcopus rogauit Deum et imprecatus est suppliciter ut milites Armorici fortiores fierent in equitando omnibus gentibus, et inde patriam suam tuerentur et uictoriose se de inimicis suis ulciscerentur. Et illud priuilegium quod sanctus Teliaus impetrauit, a Deo sibi collatum, usque hodie permanet inibi, secundum testimonia et commentaria omnium illius patrię seniorum. Sunt enim Armorici amplius uictoriosi in equitando septies quam ut essent pedites.

§14

Interea, dum hęc agerentur, sanctus Teliaus episcopus quadam die uocauit ad se familiam suam, hoc est plebem suę patrię. Et conferens cum eis affabiliter, ad ultimum intulit eis, 'Scitis, filioli mei, quia noster rex Gerennius in magno dolore aggrauatur, et, angelo michi prenuntiante, credo illum exiturum in hac infirmitate de seculo. Nam cum ueniebam ad istam patriam, transiens per terram suam, illum uisitaui et me meosque quibusdam diebus hospitando secum honorifice suscepit. Et pepigi illi, promittens in Domino, non uisurum se mortem nec suum ultimum diem donec corpus Domini a me susciperet, et sic de mundo exiret. Preparete igitur nobis nostram nauim, ut per diuinam licentiam, diu nobis desiderabilem et diuinitus promissam, possimus repatriare ad natiuam patriam.' Preparata itaque magna barca, peractisque septem annis ac septem mensibus quos sanctus Teliaus duxerat in Armoricorum patria, intrauit in eam cum multis

VITAE SANCTORUM CAMBRIAE

